

Nf 21  
Nf 21





14.  
PRO-RECTOR  
ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ,  
JO. FRIDEMANNVS  
Schneider,

PHIL. AC J. V. D. PHILOSOPHIÆ ORDINARIVS,  
JVRIVM EXTRAORDIN. PROFESSOR,

VNA CVM

PROFESSORIBVS RELIQVIS,  
CIVIBVS ACADEMICIS,

FERIARVM, SPIRITVS SANCTI,  
IN APOSTOLOS EFFVSI, MEMORIÆ SACRARVM,

CELEBRATIONEM, ET PRÆCIPVE SANCTI CHRISMATIS MEDITA-  
TIONEM, CHRISTIANI NOMINIS PROFESSIONE  
DIGNAM,

SINCERO AFFECTV COMMENDAT.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,

Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.



PRO. RECTOR  
ACADEMIE FRIDERICIANAE  
JO. FRIDEMANNVS

*Handwritten signature*

PHIL. AC. I. V. D. PHILOSOPHIC. ORDINARIVS  
IURIVM EXTRAORDIN. PROFESSOR

PROFESSORIBVS RELIGIOSI  
CIVIBVS ACADEMICIS

FERIARVM SPIRITVS SANCTI  
IN APOSTOLOS EFFVSI MEMORIAE SACRARVM


CELEBRATIONEM ET PRAECEPTVM SANCTI CHRISMAE MEDITA-  
TIONEM, CHRISTIANI NOMINIS PROFESSIONE  
DIGNAM

SINCERÒ AFFECTV COMMENDAT


HABE MAEDERBERGENSE  
Typis Christiani Henckellii, Acad. Typogr.







In Levitico rerum sacrarum adparatu non postrema fuit VNGVENTI factio, quam pluribus descriptam legimus Exod. XXX. 23. f.



Locutus est Jehovah Moſen, dicendo: Tu autem accipe tibi aromata preſantiſſima, myrrhe ingenue quingentos ſiclos, & cinnamomi odorati dimidium ejus, ducentos quingvagina, & calami odorati ducentos quingvagina:

Et Caſie quingentos, prout eſt ſiclus ſacer, & olei olive bicongium.

Et facito ex illis aromatis oleum unctionis ſacre, unguentum artis unguentarie, opere unguentarii: oleum unctionis ſacre hoc eſto.

Ecce ungitio tentorium convenius, & arcam teſtimonii, menſamque cum omnibus instrumentis ejus, & lychnachum ac instrumenta ejus, & altare ſuffitus: altare quoque holocauſti, & omnia instrumenta ejus, labrumque & ſcapum ejus.

Sic ſanctificato illa, ut ſint res ſanctiſſima: quidquid tetigerit, pro ſancto habetur.

):( 2

Are-



Aaronem quoque ac filios ejus ungit, atque ita sanctificato eos: ut sacerdotio fungantur mihi.

Filios vero Israël alloquitur, dicendo: oleum unctionis sancta esto mihi hoc apud posteros vestros: Carnem hominis ne quisquam eo ungit, item secundum confecturam ejus ne facitote simile ei: res sancta est, res sancta esto vobis. Quisquis conficiet simile ei, aut quisquis imponet ex eo rei extraneae, excinditur e populis suis.

Rem tractari arduam, satis liquet ex operosa descriptione, nec non ex identidem repetita rei sanctae mentione, uti & e gravissimo anathemate, quod subjungitur. Tria vero in unguento hoc momenta, praeter usum ipsum, merentur observari: 1. *Confectio accurata* e quatuor speciebus aromaticis, myrrha seu stacte, cinnamomo, calamo aromatico, & casia. Huc accedebat oleum oliuae, in quo aromatum istorum succi, virtute plenissimi, expressi sunt. 2. *Præstantia summa* ratione pretii, & *evaduis*, nec non ratione virtutis suae variae & admirandae. 3. *Raritas* plane singularis; quia, ne in alios usus conficeretur, gravissima excisionis *ἑνηλάτης* poena cautum erat.

Ufus ipse hujus olei non nisi sacrosanctus erat, destinatus ad consecrationem non solum personarum, sed etiam, uti ex allegato praescripto liquet, rerum sacrarum. Res erant ipsum tabernaculum, & vasa ejus singula in atrio, sancto & sancto sanctorum. Personae, sacerdotes, summus, Aaron, una cum reliquis.

Unghendi modus, secundum constantem Judaeorum veterum traditionem, factus est in forma crucis, ita ut ungens, digito extremo in unguentum intincto, illud ad frontem sacerdotis in quendam quasi *χρισμὸν* diduceret.

Et



Et hac ratione, nimirum ducta hac figura, etiam tabernaculum ejusque vasa vncta esse, ipsi Hebræi perhibent. Summo autem sacerdoti etiam aliquid vnguenti in caput affusum est. Unde guttulæ in barbam & vestimenta ejus defluxisse dicuntur. Psalm. CXXXIII. 2. Conf. Lev. VIII. 12.

Præter sacerdotes etiam nonnulli reges vnguento hoc sacro inuncti sunt, peculiari Dei nutu id exigente, vt majestas eorum Deo consecraretur, & sacrata simul divini cultus curam gereret. Pertinet huc exemplum *Davidis*, 1 Sam. XVI. 13. conf. Psalm. LXXXIX. 21. & *Salomonis* 1 Reg. I. 39. conf. 1 Chron. XVII. 39. Saul vero 1 Sam. X. 1. nec non Joas 2 Chron. XXIII. 11. & Joahas 2 Reg. XXIII. 30. vnguento communi inaugurati videntur. Idem certe statuendum est de regibus regni Israelitici, speciatim de Jehu, vti & de Hafiael, rege Syria. 1 Reg. XIX. 15. 16. 2 Reg. IX. 1. ff. nec non de Propheta Elisa. *ibid.* Regibus vero loco crucis circulus in signum diadematis ductus esse dicitur. Prophetis alias vnctio interna suffecit. Vnde de ipsorum consecratione per vngendi ritum facta, si ab Elisa exemplo discesseris, nihil commemoratum deprehendimus. Vngendi morem etiam aliis occasionibus apud Hebræos fuisse frequentissimum, sed a sacro illo & solenni diversum, e multis codicibus vtriusque locis constat.

Ceterum facta est vnctio, præcipue sacra illa, per modicam guttularum adspersionem. Alias enim vnguenti copia non adeo magna non suffecisset: quippe quæ in futuros etiam usus præscripta erat. In quos vnguentum semel confectum etiam destinatum fuisse, vel



inde colligas, quod de iterata eius consecratione nullum  
vel præceptum, vel exemplum legitur. Quid? quod  
post primam sacerdotum consecrationem non singulos  
ipforum successores, sed in horum ordine summos tan-  
tum sacerdotes unctos fuisse, Hebræi non sine fundamen-  
to tradunt.

Hæc hæctenus de ritu unguendi sacro & antiquissimo.  
Quæ quorsum tendant, Vos ipsi, CIVES CARISSI-  
MI, facile observatis. Typum hic habemus Evange-  
licum, præsentibus diebus festis præcipue meditandum.  
*Vnguentum istud sacratissimum adumbravit SPIRITVM*  
*SANCTVM* ratione virtutum ac operationum ipsius  
salutiferarum, in excitatione, sanatione, recreatione  
ac fragrantia positarum. Tabernaculum cum singulis  
partibus & vasis personisque sacris *CHRISTVM* repræ-  
sentavit, & certo respectu etiam ipsius membra, *Christi-*  
*anos*. Jam si *unguentum* symbolum fuit *SPIRITVS SAN-*  
*CTI*, in promptu est sensus unctionis antitypicus, qualem  
Evangelii indoles requirit. Adumbrata fuit unctio *Chri-*  
*sti & ejus membrorum*. Sic *χριστια*, quod Græcum unguen-  
ti nomen est, constituit *χριστόν* & *χριστιανός*, *CHRISTUM* &  
*CHRISTIANOS*.

Et quis dubitaret, *χριστια* illud typicum ad ipsam  
Christum referendum esse, cum manifestum sit, illum ab  
ipsa unctione antitypica, per quam diuinitatis plenitudo  
ipsum *σωτηριώτης* inhabitat, nomen suum, nomen *משח*,  
*MESSIÆ*, & *χριστός* *CHRISTI* accepisse. Hæc vero deno-  
minatio quantis rerum ipsarum ponderibus polleat, ex  
eo satis liquet, quod humana Christi natura, in *τῷ λόγῳ*  
hypostasin adsumta, eum in finem *SPIRITV SANCTO*  
sine mensura vlla unctus est, ut totus *θεῶν θεῶτος* in recu-  
pe



perandæ salutis negotio noster esset sacerdos, sacerdos magnus (הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל. Gr. LXX. ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας Leu. IV. 5. 16.) qui regium & propheticum simul officium exleret. Indicant hoc ipsum clarissima scripturæ oracula: Psalm. XLV. 8. *vnxit Te, o Deus,* (inquit David, Messiam alloquens) *Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* Conf. Hebr. I. 9. Item Jes. LXI. *Spiritus Domini Dei super me: ideo vnxit me ad predicandum.* x. 7. λ. Act. X. 38. *Deus Jesum Nazarenum vnxit spiritu sancto.* &c. Conf. Luc. IV. 18. ff. Act. IV. 27.

E Christi vero plenitudine membra ejus genuina accipiunt χάρις ἀντὶ χάριτος, mensuram gratiæ vberissimam. Joh. I. 16. *SPIRITVM SANCTVM*, Spiritum Christi, qui Christum, caput, in membris suis per accensam fidem reddit ἑνδοξον. Rom. VIII. 9. ff. Joh. XVI. 14. Quæ ipsius rei, seu vnguenti cœlestis & sacratissimi, participatio illos, qui Christi sunt, ejusdem etiam nominis reddit participes, vt a chrismate illo & a magistro suo *CHRISTO* jamdudum χριστιανὸν, *CHRISTIANI* vocentur. Act. XI. 26. XXVI. 28. vncti in sacerdotēs & reges spiritu tales. 1. Joh. II. 20. 21. 1. Pet. II. 5. 9. Apoc. I. 6. V. 10. XX. 6. conf. Rom. VI. 12. 14. c. XII. 1. Hebr. IX. 14. X. 22. 23. Quæ dignitas quanta sit, nesciunt, qui vnguenti sacri expertes sunt; sed experientur, quando eam in veris christianis videbunt cum emphasi in terrorem suum: hoc est in extremo iudicio, vbi *CHRISTVS* christianos suos tribunalis sui πᾶσι κρίματι, assessores, cœlesti gloria conspicuos, habebit, in ipsis factus gloriosus & admirabilis. 2. Theff. I. 10.


Præ reliquis autem Christi membris vberem vnguenti sacri, seu *SPIRITVS SANCTI*, mensuram acceperunt ipsius a latere legati, seu Apostoli, & eo quidem



dem temporis articulo, quem Dominus paulo ante ἀνά-  
ληψιν ipsis determinaverat, & cuius memoria ipsis hisce  
diebus festis recolitur. Quæ χαρίσματα, in ipsos vberime  
effusa, quantæ fuerint efficaciam, quam admirandos effectus  
produxerint, annales indicant sacri primi a nato Christo  
seculi, & reliqua historiae Ecclesiasticae monumenta quam  
luculentissime pandunt. Quid? quod ipsa hæc feriarum  
sacrarum solennitas luculento huius rei indicio sit, Apo-  
stolici enim & a Deo concessi muneris est hæc εὐωδία, hæc  
Euangelii fragrantia, qua illud vniuersum orbem christia-  
num adhuc hodie personat, præconum a Deo victorum (v-  
tinam omnes genuinum chrisma haberent!) voce famulante.

Verum enim vero non sufficit, CIVES CARIS-  
SIMI, nosse, qua Christus exuberet spiritus & gratiæ  
plenitudine, & quam larga mensura ex hoc fonte hau-  
ferint Apostoli. Nostra etiam res, nostra salus, agitur.  
Qui Christi Spiritum non habet, non est Christi, seu nul-  
lum cum eo habet commercium, nullam gratiæ & gloriæ  
communione[m] habet. Verba sunt Pauli, impiis, spiritu  
sancto vacuis, salutem omnem ἀποτόμως negantis Rom.  
VIII. 9. Sine hoc chrismate sacro in morte manemus  
spirituali, æternæ causæ; sumus βδελύγματα, in Dei quasi  
naribus grauius olentia; sumus, uti mortis, ita etiam tristi-  
tiæ ac miseriam æternæ candidati miserissimi. Hoc autem vn-  
guentum e morte nos spirituali suscitatur, resuscitatur, quo-  
ties nos spiritualis quædam λεπτοθυμία habet, aut afficit, virtu-  
te sua excitatur, recreatur, exhilaraturque ac insigniter corroboratur;  
imo efficit, ut Deo simus εὐωδία. Quæ vt efficiamini,  
vestrum est, si vos amatis ipsos, & hisce feriis & per omnem  
vitam allaborare. P. P. in alma Fridericiana festo

Pentecostes. M DCC XVI.





Ja 3070 ✓

(1)  
Nur für den Lesesaal!

ULB Halle 3  
001 874 462



sb

VD 78


WOM



mt.











14

PRO-RECTOR  
ACADEMIÆ FRIDERICIANÆ,  
JO. FRIDEMANNVS  
Schneider,

PHIL. AC J. V. D. PHILOSOPHIÆ ORDINARIVS,  
JVRIVM EXTRAORDIN. PROFESSOR,  
VNA CVM  
PROFESSORIBVS RELIQVIS,  
CIVIBVS ACADEMICIS,  
FERIARVM, SPIRITVS SANCTI,  
IN APOSTOLOS EFFVSI, MEMORIÆ SACRARVM,  
CELEBRATIONEM, ET PRÆCIPVE SANCTI CHRISMATIS MEDITA-  
TIONEM, CHRISTIANI NOMINIS PROFESSIONE  
DIGNAM,  
SINCERO AFFECTV COMMENDAT.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.